

BALTHASARI HILDEBRANDI

CUM

BARBARA THILONIA

VIDUITATIS NEBULAS

D. IV. SEPT. ANNO

CIO IOCXLIH

JUCUNDA SECUNDI CONJUGII

SERENITATE

WOLAVIÆ PERMUTANTI,

FELICITATEM E COELO

COPIOSISSIMAM

P.

FAUTORES & AMICI.

LIGNICII,

Typis Sartorianis.



Dn. Balthasari Hildebrando

Secundum Sponso ;

ADFINI CHARISSIMO

S.



*NOX erat ipsa dies, occaso Solis priori
MARGARIDE, extincta hac, mortua,
cuncta domo.*

*Omnia sed rursus vivent, veniente novella
Conjuge: post omnis nox erit ipsa dies.*


Ut fiat: nova Nupta suis nunc, Solis ad instar,

O radiis Sponsi pectora cingat ovarum!

Amico animo & calamo
fac.

Caspar Reseler /

Mar. Eccles. Pastor.,
& Consistorialis.



Ismarium Vatem, defunctam Conjuge maestum,
(Nam perit miseris, angve perempta, modis.)

In gelidis perhibent deserti vallibus Hæmi
Ad duos planctu continuasse dies.

Quin ausum fidibus gelidos accersere Manes,
Et revocare suam Mânibus Eurydicen.

Fertur & attraxisse lyrâ silvasq, ferasq,
Cum scopulis, amnes & tenuisse vagos.

Hæc

Hæc Orpheus quomdam. Quid noster, in Urbe Lygæa
Orpheus, HILDBRANDUS, voce lyrâq, potens?

Nonne suam satis EURYDICEN dessevit? ab Umbris
Nonne retracturus, si licuisset, erat?

Si tantæ vires impulsis flamine Cannis,
Ut reddant vitæ flamina Corporibus;


Sed frustra traxit. Manet immutabile fatum,
Quod flecti lachrymis, quod fidibusq, nequit.

Et tamen en! traxit, non saxa, ferasq, sed Illam,
Quæ, vel trans Oderam, sponte sequuta torum.

Quæritur; Ismarius præstetne, Lygæus an Orpheus?
Ille feram traxit; traxit at hic Venerem.

M. Ad. Thebesius.

Eccl. Lig. P. P. Pastor &
Consistorialis.



Organon est resonans in vita, vita jugalis:
Quo scitâ conjux masculus arte canit.

Sunt folles, sociæ, succensa Cupidinis igne,
Pectora, fragrantis flamine plena savi.

Ad thalamum motis hisipis, candida quod non
Concitet in vita Cynthia dulce melos!

Margaris, illa prior tibi dilectissima, Sponse,
Suspirans tali flamine Follis erat.

Ut tua destituit Pantheis organa ventis!
Exiit argutis ut viduata modis:

Morbo emarcescens, postquam desidit, acuto;
Deturbata truci fitq, rapina necis!

Florida Margaridi succedit Barbara. Fausto
Intumeat flatu Follis & iste, precor!


A 2

Nectar

Nectar & Ambrosiam simul ore & pectore spires!
Concitet ô latos Barbara blanda sonos!
Excitet imprimis sed amabilis æra susurrus:
Currat ut hic, illic certet, in æde Melos!

Ex animo

Tobias Gunther.




Q Vi dubitat miro fieri connubia fato
Te spectet, verum cernere sic facile est.
Wolaviam properas alienas visere tædas,
Accendisq; tuas; quam citus ardet amor!
Talia sed quoniam fieri non posse putandum est
Quin fiant summo conciliante DEO:
Non mirum tibi si multum gratentur amici,
Et lætum ad festum carmina læta canant.
Innumeris numeris multis quæ vota dedisti
Hi reddant tædis nunc quoq; Sponse tuis.
Hos inter nostrum fas est subjungere; jungam:
Vivite ceu faustis vivere posse datum est.

* * *

TE fortuna satis fato collusit acerbo:
Nunc lætum vultum porrigit illa tibi.
Condolui merito; Sed nunc mage gratulor istud;
Det Deus ut posthac prosperiora fluant.
Quæq; domum felix tandem deducitur uxor,
Ducatur serò mortis ad antra tibi.

Johannes Sevelenberg

Med. D.




Vive-

Vivebas quondam cum Conjuge lætus, AMICE,
Et dulcis proles gaudia multa dabat.
Verum [heu] lætitia, sic decernente JEHOVA,
Spes decollavit, non sine tristitia:
Nam matrem prolemq; Necis vis dura peremit,
Dura, DEI nutu sed tamen æqua piis.
Hactenus hinc vidui sensisti tædia læti
Tædia cordato semper accerba viro.
Nunc thalamum instaurare paras, moderante JEHOVA,
Dum promissa Tibi BARBARA virgo datur.
Quam variis vicibus vita isthoc volvitur orbe:
Nunc fors læta viget, mox at amara furit:
Sed bene, quod DOMINI manus Omnipotentis id ipsum
Perficit, insignes qua pietate fovet.
Hoc Duce confisus nunc altera fœdera inito,
Quæ Tibi, quæ sponse prospera cuncta ferant.

Ita ex animo precor Amico
sincere dilecto

Michael Hene Vratisl.



EDat utut tristem quassata Silesia frontem,
Edat utut querulos corde gemente sonos,
Spires utut ravidum Mavortia turba furorem,
Cesset utut lætæ pacis amica manus!
Sors tamen Hildbrandi diversâ sorte potitur,
Dum potitur Sponsâ, re satis, usq; bonâ.
En! frontis cameras, en! lumina Sponsa serenat,
En! hilari linguâ jubila mille ferit.
En! spirat violas, spirat mel, spirat amorem,
Ecce! manum Hildbrando porrigit, ecce! animû.

A 3

Hinc

Hinc cor *Hildbrando* salit, hinc ferit æthera plausu,
Hinc ibi & hic votis adstat amica cohors.
Vivite, *Par Charum!* non turbida bella molestant
Gaudia, quæ fatagit casta dicare *Venus*.
Pax & grata quies lecto sit & insit! Ubiq;
Gratia, amabilitas sit! sit ubiq; fides!
animitus apprec.

Gottfried Eichorn.

PRIMA quidem gemino te turbat funere tædæ:

Altera sed ^{gemino sanore} *Venere* & sanore } letificet.
ita vovet ex animo

Johan Rosenecker.

I.

ORgana, quæ pulsas, sunt concordantia, Sponse,
Conjugium obtingat si Tibi tale; sat est.
Namq; ligat quorum concors concordia corda,
Horum dat svavem chorda marita sonum.
Et quod præcipuum est, ubi mutua gratia degit,
Degit ibi avertens noxia cuncta DEUS.

II.

QVæritur in toto quid sit jucundius orbe
Conjugio harmonico, Sponse adamate, nihil?
Vos inter nunquam concentus pauset amoris,
Vestrum ita Conjugium verè erit harmonicum.
deproperabat

Martinus Schindler Jaur.

Pastor Rothkirchianus.

Qvi

QVæ Viduas curat, carisq; Parentibus orbos,
Ipse quidem cæli templa beata colit;
Qui Viduas curent, carisq; Parentibus orbos
His tamen & terre tecta habitanda dedit.
Felices! Viduas, carisque Parentibus orbos
Qui curant, mandat quæ Pietate DEUS.
O miseros! Viduas, carisq; Parentibus orbos
Neglecta indignè qui Pietate premunt.
Qui Viduas cures, carisque Parentibus orbos,
HILTBRADE injuncta est hæc quoq; cura tibi.
Hactenus & quam non sine laude tueris, adauges
Nunc aliâ, curæ est Orba Puella tibi.
O sanctam Curam! quam suscipis Auspice Sancto
NUMINE, quis sanctè cedere posse neget?
O svavem Curam! quot inania semina demet
Curarum cordi nocte dieq; tuo.
Curarum in partem quæ ducitur orba puella,
Orba prius; SPONSI sed modo SPONSA SUR.
Parturiant curæ junctim bona plurima vestra.
Et Patria; & vestro per pia vota Toro.
Prospera quæq; negat curæ anxia plura vovere,
Conferat Immensi Cura benigna DEI.
animitus vov.


Johannes Haidorn

ConR. Schol. Lig.

QVur non submissio pia voto fata rogarem,
Esse tori casto vota secunda velit?
Concinit in fausti quæ Pindus munia lecti
Eja triumphando! Vernet amore torus:

Vernet

Vernet amore torus: per blandâ prole virescat
Aere lares niteant: æthere Jova vovet?
Et quæ Jova vovet; gratatur carmine Phœbus
Hæcce novis nuptis mens mea firma vovet.



1. Satz.

Eh muß warlich diesem Trauen
Was die Wahrheit in sich führet
Daß Cupido Lust gebühre
Durch ein liebliches anschawen:
Ein gemaltes Franen-Bilde

Mit der Liebes Kost erfüllt:
Vnd die Sterblichen durchdringet
Ihnen Mutz vnd Sinne zwinget
Ist in langer Jahre Zeit
Bey sehr Vielen laubfahr worden
Die sich in den Liebes-Orden
Bringen wollen vnd gestrehe.

1. Gegensatz.

Jupiter muß diesem weichen
Vnd die Liebe zeigen an
Weil Er balde sich einem Schwan
Balde dem Stiere wil vergleichen.
Paris wird durch dessen mache
In der Schönsten Gunst gebracht.
Hercules der muß erliegen
Vnd sich vor dem Blinden biegen.
Ein Begrünter dicker Walde
Ist die zarten Liebes rencken
Mit der Venus zu erdencken
Deß Adonis auffenthalt.

1. Nachklang.

Was nur die Liebe wil vnd dieses Kind gestiffet
Wird noch wohl gesehen
Ohne Furcht vnd Flehn

Denn durch ihn liegen fast Sechß-Tausend Paar vergiffet
Vnd wer wil seiner mache sich wohl [schaw an!] enziehn
Liebe zwinget

Vnd durchdringet

Vnd wolte man biß zu den Wilden fliehn.

2. Satz.

Warumb Amor das man siehet
Wie ein grünes Palmen-Blaet
Nach Parnassus weisem rath
Dir in deiner rechten Blühet
Vnd die Linckē Fische trägt?
Warumb das man dieses pflege
In die Hände dir zu reichen?
Ich vermerck es sey ein Zeichen
Welches Amphitriten Felde
Kan durch deine süße Gaben
Frewdig machen vnd erlaben
Wie auch dieses Kundi der Welt.

2. Gegensatz.

Sich der Sternen Lichter blinken
Vnd der blasse Mond auffgehe
Daß die Guldne Morgenröth
Wieder wil zu Golde sincken:
Vnd das Berg vnd Thäle blühen
Wo die schnellen Genssen ziehn
Daß deß Bacchus süße Reben
An dem Vimen-Baume kleben

Er mit ihnen sich verbindt
Daß Neptunus Bürger scherzen
Sich die zarten Tauben Herzen.
Schaffet deine macht! O Kind.

2. Nachklang.

Du wirst Hippocrates vor die nicht Arzney schreiben
Minder der gefahr
Hilffe ein Bezoar.
ein recht Justinian mag diese macht vertreiben:
denn diß Kind führet wol den Fisch vnd Palmen-Blaet
Nah beyfammen
Seine Flammen

Weil Himmel/ Erde/ Meer bey ihnen hat.

3. Satz.

Indeh n dieses Kindes Bogen
Dich Herr Bruder auch gerührt
Das man Liebe bey dir spürt
Deine Krafft durch sich entzogen
Hat Er billlich auch ergetzt
Was von ihm erst war verlegt
Läßt ein zartes Lieb dich küssen
Vnd in ihre Armen schliessen
Das man seine starcke macht
Fast bestürzet muß vermercken
In den zarten Liebes wercken:
Die vielmal ich selbst verlachte.

3. Gegensatz.

Sich vielleicht wird geschehen
Das ich dessen süße Gieffe
Die Herr Bruder dich ist triffe.
Mit der Zeit auch werde sehen /
Vnd ein zartes Venus Bilde

Nicht

Nicht mehr schägen vor ein Bilde:
Zwar ist der mir noch verborgen
Welcher schon vor mich wird sorgen
Vnd die Heller samlen ein
Das wenn Hymen mir wird lachen
Süße Liebes Freude machen
Stallich mög' Ich lustig sein.


3. Nachklang.

Doch aber hat dein Herz dir Venus auffgerichtet
Denn sie leat dir zue
Welche schmerz/ Waruh
Vnd deiner Sinnen angst durch ihre Liebe schlechtet
Vnd wenn Euch Cyathius denn wündschet gutte Nacht
So ergehe
Durch geschwehe
Mit dehr dich inner Lust / die Venus brache.

Dieses wenige Spielete
mit gringern Musenspiel
seinem vererawten

Herren Schwager als Brudern
zu Ehren


Samuel Hartmann
LL. Stud.



Was hielfft Herr Bräutigam / die Reben als den
binden
Wenn nu der TraubenMañ sieth seine Berge vol
Vnd

Vnd man die süsse Frucht auß diesen lesen sol :
Ihr wollet halt ich vor ein ander art erfinden?
Ihr wartet ewren Stock im Herbst: Legt die Reben
Gleich als im Fröling auß : Vielleicht sol der Wein
Durch Schne vnd grawen Reiff gezwungen stärker
Die Traube mein ich wol wird in der Wiege (sein:
schweben.

Samuel Pischel Apotecker,



Barbara Geböhrne Thilm

EV Δ.

Ein recht Tugend Bild.

PACIS amor Dbus est, da JE su pace fruamur
Nomen & omen eat, sic mihi dives opum!

Sp.

